

Dñica infra octa. ascēſio.

iudices et causas tractarent. Senatores ut de cōmuni utilitate rei publice deliberarent. et sic tempus vsq; ad horam nonam expendebant et ne iuuenes a malis occupationibus impedirentur per totum tempus ante nonam ordinatum erat q; meretrices prostibulum nullo modo egrederentur ante nonam. ne iuuenes a suis informationibus et viri a consilijs rei publice per delectationes libidinosas aliquantulum detraberentur. Et ideo fm. Hugo. meretrices apud romanos nonarie vocabantur quia ad horam nonam licuit eis egredi de suis domibus et non añ

Octauo bruta docent nos in exemplorum inspectione. dicit enim Isid. libro. xij. de strutione quando venit tempus q; ponat oua ad plades oculos leuat. non enim oua ponit nisi ista constellatio ascendit. Cum autem hanc stellam oriri viderit arenam fodit oua ponit et sabulo operit et statim obliuiscit ubi ea posuerit et nūq; ea viterius querit. Sed calefacta arena calore solis oua excoquit et in ipsis producit pullos qui cum fracta testa educti fuerint. tunc mater eos recolligit et tanq; filios recognoscit. Sic moraliter per plades itelliguntur exempla beatorum que debet quilibet prudens homo inspicere. quia dicit beatus Greg. in commentario sup Azech. Exempla bonorum sepe querimus ut in moribus perficiamus. Et subdit. Si mentis mundicia cū pingali copula querit. Proch. debet inuitari qui in coniugio positus ambulabat cum deo et non inueniebat. quia transtulit cum dñs. Si subire obediētie virtutē nitimur abraā debemus aspicere. qui relictā domo cognatiōe patria obediuit exire in locum quem acceptus esset in hereditatem. et exiuit nesciens quo iret. Si conamur carnis illecebras vicere Joseph ad memoriā redeat qui temptatē suā dñā studuit carnis continentia cum vite piculo custodire. Mansuetudinem atq; patientiam obtinere si querimus moysen ante oculos deducamus qui exceptis paruulis ac mulieribus sexcenta milia armatorum regens mitis fuisse describitur super omnes homines qui habitant sup faciem vniuerse terre. Rectitudinem zeli cōtra vitia si attendamus phinees ante oculos deducatur. qui coeuntes cum gladio transfigentes castitatem populo reddidit. iram dñi iratus placauit cum subiit. cum mortis appetitu disponere. ad uersa contemnere paulum ante oculos deducimus qui nō solum alligari. sed et mori pro christo paratus fuit nō faciens p̄ciosiorem aīam suā q; se. Succendi cor nostrū igne charitatis si querimus Iohannis verba pensamus cuius ori qd loquitur charitatis igne vaporatur. hec Greg. Qd etiā exempla beatorū inspicere de-

beamus. et ea imitari hortat̄ aplūs. i. 1. cor. xij. Emulamini inquit. i. sequamini vel desiderate charismata meliora. i. exempla utiliora sanctorum. quia eorum exempla sunt clara more plaudum stellarum fulgentia. Pec inq; cū viderim⁹ vel de ipsis audierimus tunc ad similitudinē strutionis qui ponit in arena maris oua sua. debemus in penitentia graui et amara perficere opera nostra. et ea operire sabulo. id est. humilitate custodire et non viterius illa videre. i. ad supbiendum vel ostendendum aspicere calefacta arena. id est. seruescēte penitentia. calor solis. id est. amor dei incedit et fetus inde meritorum producit. que cum testa fracta. id est. carne fracta ante conspectum districti iudicij et examinis fuerint producta. tunc ea mater. i. anima penitentis colligit. id est. clarius recognoscit tanq; suos fructus gloriosos.

De eadem dominica Sermo. ij.

Vigilate in orationibus. i. Pet. iij. dicit Barach cōtra cetum pugnat quidam piscis serpentinus et venenosus qui dicitur cocodrillus q; videntes alij pisces fugiunt ad caudam ceti. qui si deuictus fuerit pisces moriuntur. q; si non poterit piscis ille pestifer deuincere cetum a faucibus suis fumosis odorem fetidissimum mittit in aquam. cetus vero odorifero fumo de ore emisso pellit odorem fetidum. et sic se suosq; protegit et defendit. Moraliter per cetum significatur quilibet homo bonus qui adhuc natat in aquis marinis penitentie videlicet salutaris. ut dicat de eo illd Abachuc. iij. In mari indignatio qui in mari penitentie existens indignatur et irascitur contra peccata commissa et in futurum committenda. Sed per cocodrillum serpentem et venenosum intellige diabolum qui pugnat contra penitentes et hoc duplici manu. ut dicit Holcot lectiōe. cxxv. Demō inquit pugnat contra vos duplici manu scilicet occulta suggestionē et aperta impugnatiōe. Primam manum euadem⁹ per prudentiā q; exitus rerum metitur. ut dicit Boet. li. ij. p̄sa. j. Secundam per patientiā qua equanimiter tribulatio tolleratur. Per pisces autem alios significatur opera viua et meritoria hominis penitentis ut sunt virtutes que cum vident q; diabolus pugnat contra hominem debent fugere ad caudā. i. ad humilitatē. q; ibi tuta sunt. Quia ut dicit Aug. Humilitas est cōseruatrix bonorum operum et virtutum. nam cum pisces seruantur secure circa ceti caudā. sic virtutes

circa humilitatem infimam. vidēs ergo demon
q̄ vincere non pōt hominem penitentem. tunc
emittit in aquam penitentie sue odorem fetidis-
simū scz carnalis concupiscentie z mentalis
luxurie. De quo **Job. xli.** De naribus eius pro-
cedit fumus sicut olle succense. z hoc ideo facit
vt hominem cum operibus suis bonis interfici-
ceret z spūaliter necaret. Sed cum homo sen-
tit hunc odorem fetidum carnis emittere debet
econtra de ore z corde suo odorem odoriferum
orationis sue deuote que hunc fetidum odorem
carnalis concupiscentie repellit. Sicut patet i
vitaspa. li. ij. ca. xij. de fratre qui molestiam su-
stinuit a spiritu fornicationis z depredatus est
aliū senem. pbatissimum vt pro eo oraret. nec ta-
men fuit ille exauditus. quia frater ille nec p se
orauit. sed in cogitationibus malis delecta-
batur. ideo senex dicit ad eum impossibile ē a te
discedere spiritum fornicationis nisi z tu cū ge-
mitu deprecatus fueris dominum. **¶** Cum autem
ille cum ieiunijs z orationibus se affligeret spi-
ritus fornicationis inuidus ab eo recessit. vt ha-
bes etiam idem supra dominica precedente. **¶**
S. I. quia in hoc tempore vt cōmunē oib⁹
immittit hunc fetidum fumum z cupiscentie car-
nalis debet econtra homo emittere odorem ora-
tionis diligentis. ad quam hortatur nos apl⁹s
cum dicit vigilate. in quib⁹ duo facit principa-
liter vel ad duo hortatur. primo ad vigilie fre-
quentiam ibi. vigilate. scdo ad orationis dilige-
tiam. ibi. in orationib⁹ vestris. **¶** Primo ergo hor-
tatur nos ad vigilie frequentia cū dicit. **¶**
B. ¶ Pro quo nota triplicibus hominibus neces-
se est vt vigilent. pmi sunt in bellis existentes.
Quando enim aliq⁹ dominus bellum intrat cō-
tra hostes talis nō dormit nec populum suum
dormire permittit. sed ad vigiliam sollicitat z i-
ducit ne forte ab aduersarijs opprimatur. nam
legitur. **¶** **1. Reg. xxi.** Cum rex **Saul** esset in cā-
pis volēs persequi **dauid**. accidit vt vna nocte
dormiret in tentorio. z omnis populus suus in
circuitu. quod vidēs **Abisai**. dixit ad **dauid** cō-
clausit hodie dominus inimicum tuum in man⁹
tuas. nunc ergo perfodiam eum lancea. z dixit
dauid ne occidas eum. sed tolle hastam ei⁹ que
est ad caput eius z ciphum aque et abeamus.
¶ Ecce q̄ non vigilantem regem cum toto popu-
lo potuisset opprimere z necare. quare in bellis
existentibus necesse est vt vigilent in toto vel in
parte. **¶** Moraliter nos sumus domini nostrarū
operationum a principio vsqz ad finem vt dicit
ps. iij. etbi. Sed intramus in campum huius
mundi contra hostes tres seuissimos pugnatu-
ri. **¶** Primus hostis est caro nostra. **¶** Secundus ē
mundus qui pugnāt contra nos duplici manu

videlicet ambitione honoris et amore diuitia-
rum. **¶** Tertius ē diabolus qui pugnāt similiter
duplici manu. vt patuit in arenga. ideo non est
nobis negligenter dormiendum. sed sobrie vigi-
landum vt vigilando his hostibus resistamus
z eis manus quibus contra nos pugnāt ampu-
temus. **¶** Nam primam manum carnis que est gu-
la amputare debemus per abstinentiam. **¶** Secū-
dam que est luxuria per continentia. **¶** Sed illa
manus qua pugnāt contra nos mundus. s. am-
bitio honoris amputanda est per timorem iudi-
cij cogitantes videlicet q̄ qui in honorib⁹ alijs
preponantur in fine strictius iudicabuntur. **¶** I-
uxta illud **Sap. vi.** Iudicium in his qui presunt
durissimum fiet. **¶** Aliam autem manum ampute-
mus per christi amorem. considerando ei⁹ pau-
pertatem nascendo. viuendo. moriendo. **¶** Quali-
ter aut manus tertij hostis amputet dictum est
s. hunc hostē diabolu oportet vigilando supe-
rare. quia. **¶** **1. Pet. v.** dicit. **Sobrie estote z vigi-
late** quia aduersari⁹ tanq̄ leo rugiens circūit q̄
rens quē deuoret. **¶** Sed quē nos superamus vi-
gilando ipse nos vincit dormiendo. propterea
facit nos dormire vt nos possit superare. **¶** Et enī
de isto nostro aduersario sicut de duce quodaz
carthaginensi. de quo refert **Julius sextus li.**
ix. c. v. Quod est de insidijs dux enim iste habu-
it bellum contra quosdam de africa qui cartha-
ginensibus rebellabant. fuerūt autē isti de afri-
ca nimis auidi ad bibendum vinum. quod in-
telligens dux ille vsus est contra illos tali cau-
tela. accepit multa dolea vini z miscuit cum vi-
no succum cuiusdam herbe que dicitur mandra-
goza que quidam herba est multum somnifera.
sicut dicit **Aristo.** i de somno z vigilia. facit enī
homines ita profunde dormire q̄ fiunt insensi-
biles. z ideo solet dari hominibus qui p̄t ali-
quam infirmitatem sunt secandi vt possint sine
infirmitate secari. dolea ergo vini sic infecti di-
misit ille p̄nceps in tentorijs suis et fugit ad cau-
telā tentoria relinquens. **¶** Africi ḡ gaudētes in-
uaserunt tentoria z inuenientes victualia cum
vino in abundantia et comederunt z biberunt.
de isto vino infecto. z statim sic oppressi sunt som-
no q̄ nullo modo iuuare se poterant. hoc explo-
rans dux predictus de nocte redijt super eos z
miseros vt voluit cruciauit. **¶** Moraliter cartha-
go interpretatur suscitatio. inde carthaginen-
sis dux significat demonem qui suscitauit di-
uersa p̄elia et peccata in homine hic vtitur ta-
li cautela contra homines. vinum enim qd leti-
ficat. **ps. cii. et. Eccl. xl.** significat leticia vel la-
sciua secularē. q̄ nō ē p̄manēs. eo q̄ h̄ risus do-
lore miscebitur z extrema gaudij luctus ocu-
pat. **¶** **Proverb. xiiij.** Nam quidem leticiaz siue

Dñica infra octa. ascē sio.

mundi iocunditatē diabolus sic cōmiscuit cum
suo mandragore. id est. dilectione luxurie. q̄
homines ex eo bibentes fiunt quasi insensibiles.
**Est enim mandragora herba habens masculū
et femellam et omnia lineamenta humani cor-
poris in se prefert et ad generationis fecundita-
tem confert. ideo merito voluptatem carnis si-
gnificat. quia ergo tota humana iocunditas in
ter homines his diebus diabolo procurante.
qui nos semper cautelose debellat de suo vo-
luptatis est infecta. ideo homines vitiosi dormi-
unt in peccatis et ad correctionem prelatorum
et predicationes doctorum reperiuntur insensi-
biles. vt dicat quilibet Proverb. xxiij. **Verbe-
rauerunt me et non dolui. traxerunt me et non
sensi. et sic vltimate cruciabit eos diabolus pro
sua voluntate. Nam dicit Amandus li. j. ca. x.**
q̄ in spiritu vidit penas damnatorum et ibidem
vidit q̄ hi q̄ carnali ac ēreno amori dediti erāt
vtriusq̄ sexus terram infernalē pre dolore mor-
debant. quoniam eos demones nimium afflige-
bant. Nam spiculam igneam habentes et estu
vehementissimo eos insequentes vulneribus se-
uissimis repleuerunt. ideo necessariū est valde
nobis vt in castitate vigilemus. ne diabolo pro-
curante in dilectione carnali finaliter obdormi-
amus. Sed quilibet rogat dominum cū ps. xij.
**Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in
morte. id est. in mortali peccato carnalis volu-
ptatis ne quando dicat inimicus meus preua-
lui aduersus eum.** Secundi quibus necesse ē vt
vigilent sunt populi presidentes. vt sunt prela-
ti ecclesie et domini terreni. **Nā dicit in li. de na-
turis rerum. q̄ si leo dormiat in nauī transeun-
te in mari nauis incipit periclitari et submergi.
cum vero vigilat tranquillitas redditur mari.**
**Moraliter per leonem qui grece dicitur rex la-
tine. eo q̄ rex sit omnium animalium fm. Iud.**
xij. Significat quemlibet prelatum ecclesie vel
populi presidentem. Sed per nauem intellige
sanctam ecclesiam. que nihil aliud est q̄ cōgre-
gatio omnium fidelium. Quando autem prela-
tus dormit per negligentiam infidelium cōgre-
gatione. tunc congregatio incipit periclitari.
**Iuxta illud Proverb. xi. vbi non est guberna-
tor nauis populus corruet. glosa. Sicut nauis
carens gubernatore periclitatur. Salus autē
populi vbi multa consilia. vt dicit Pascasius in
glo. vbi nō est gubernator scilicet prelatus do-
ctor vel consiliarius verbo et opere popul⁹ cor-
ruet in peccata multa. ideo tali prelato dicitur
Proverb. xxiij. **Eris sicut dormiens in medio
maris et sicut gubernator amissio clauo. ad hoc
ergo vt salus congregationi fidelium reddatur
oportet talem prelatum vigilare. Quis figu-******

ram habemus Matth. viij. vbi legitur q̄ chri-
stus in nauī dormiente tantas sustinuit nauis
tēpestates vt cepit periclitari. q̄ discipuli com-
pellebantur dominum excitare et dicere. domi-
ne salua nos ne perimus. **Ecclesia est in mundo
sicut nauis in mari. vnde etiam vocatur nauis-
cula petri quando in ista nauī dormit prelatus
per negligentiam et remissionem excitandus ē
vt populum suum regat ne in peccatum cadat.**
Sed per quid est excitandus? ad hoc responde
quia malicia subditorum pro maiori parte ver-
teretur in caput prelatorum vel malorum do-
minorum. Iuxta illud Sap. iij. **Ex iniquis enim
omnes filij q̄ nascentē testes sunt neq̄cie aduer-**
sus parentes in interrogatione sua. ideo nota-
biliter btus Aug⁹. nō solū platos. sed et dñs lai
cos monet vtuose curare. de subditis in quadā
epla ad comitē charissimū sic dicens. q̄so mi frā
q̄so oib⁹ subiectis et bone voluntatis in domo
tua a maiore vsq̄ ad minimū amorē et dulce-
nem regni celestis. amaritudinē et timorē gebē-
ne annuncies. et de eorum salute sollicit⁹ et vigil
existas. q̄ de oib⁹ subiectis tibi q̄ in domo tua
sunt rōnē dño reddes. hec ille. S. d. a. sufficit
mibi soli. puidere de me redditurus sum rōnem
nō falsum alteri⁹ querēs piclitari. nō suz erudi-
tus in scripturis nec expedit⁹ in vbis modic⁹
scio. ideo corripe nō sufficio. Audi q̄cunq̄ es
non sufficit tibi ad salutem soli. puidere. q̄ dicit
Aug⁹. xxiij. q. iij. duo. Quicūq̄ regenti apta et
accomodata est disciplina videlicet epō regenti
plebē suā. paup⁹ regenti domū suā. patri prole
suā. diuiti regenti familiā suā. marito coniugē suā
iudici. puinciā. regi gentē suā. Nulli inq̄t homi-
nī claudenda ē misericordia. nulli pctōri impuni-
tas relaxanda. ideo dicit in allegoria historiarum
sup illo Matth. xxv. hō qdā pēgre pficif-
cens. O plate audi et rector q̄libet nāq̄ q̄tū ad
se ptinet pōt. pdesse sue familie et vicinis. Nā q̄
multa nouit multa dicat qui pauca nouit pau-
ca dicat. et q̄tū quisq̄ nouit tm̄ q̄sq̄ dicat. Qui
scit vel vnum euangelium vel vnum virtutis ex-
emplum. quotquot scit per cognitionem alijs
tribuat per predicationem. non consideret se-
xum. etatem. vel personam. tempus. et locum.
Sed predicet oib⁹ vbiq̄ masculis feminis seni-
bus iuuenib⁹ diuitib⁹ paup⁹ in p̄speritate in
aduersitate die ac nocte meridie vesp̄e in ecele-
sia in platea in via in agro in mari in terra. In
oib⁹ semp vbiq̄ bonū dicat qd nouit. Si assit q̄
audire possit. Et infra. erubescant q̄ ecclesiarum
rectores et ministri inscij inutiles et ignari tor-
porē excutiant. libros legant. talentum in pē-
dant. tempus redimant. qm̄q̄ dies mali sunt.
ad Eph. v. ideo illis etiā dicit b. ap̄ls. Vigilate

Tertij quibus necesse est vigilare sunt peccatis resistentes. ideo ad vigiliam hortatur **Catho sapiens**. Plus vigila semper ne somno deditus esto. Nam diuturna quies vitij alimenta ministrat. Et nota q̄ in somno principaliter tres passionēs accidunt. Prima est altorum ascensio et in somnis deambulatio. Nam dicit **Aristo**. i. li. problematum. Multi dormientium surgētes in somnis ac si vigilent ambulant ascendūt scelas altas domorum et descendunt. Sed si ab aliquo excitantur confestim quidam cadunt. Per hos significatur superbi qui in somno peccati semper alta ascendūt. vt sic granius cadāt quia dicit **Alanus** in anticiudiano. Ima tolluntur in altum vt casu grauiori ruant. Isti enī qui sic petunt alta superbie si a predicatoribus excitentur vel a suis confessoribus exhortentur vt a superbia dimittant sepe in desperationem labuntur et corrigi nolunt. et sic tandem cadūt in abyssum. sicut de ipsis loquens beatus **Augustinus** i epistola ad volusianum. Peruersi q̄ dem homines super suo in confessorē correpti scelere in desperationem sepe ruunt salutis proprie. iocunditatem illam nihil penitus affectantes beatitudinis sempiternae. Et precipue dictū est de superbis quia raro de superbia sua curantur. Quia dicit **Job**. xv. Functis diebus suis superbit impius. Quando enim aliquis peccator infirmatur. Si est in peccato odij inuidie ipse confitetur et dimittit illud. Peccatum vō superbie nec confitetur nec proponit dimittere. ideo dicit sapiens. Synagoge superbiorum nō erit sanitas. **Acti**. iij. Aleo talibus summe necesse foret vt semper in humilitate vigilarent ne in somnum peccati superbie caderēt a qua grauius aut nunq̄ resurgunt. Secunda passio ē peccatoris suffocatio. et hanc passionem i somno accidētem vocat **Aug**. in li. de spiritu et anima. Ephialtes q̄ publica persuasio quiescentes opinatur inuadere ac pondere suo pressos ac sentientes grauare. quia est talis passio faciens hominem in somno apparere q̄ aliquis eum opprimere videtur siue nititur suffocare. Nam illis qui hanc passionem patiuntur videt q̄ vna vetula incumbat super eos et eos nitatur suffocare. et sic nihil aliud est vt dicit **Aug**. vbi. s. q̄ quedam fumositas a stomacho vel a corde ad cerebrum ascendens et ibi vñ animale opprimens. et hoc enenit vt dicunt medici quādo homo primo dormit super latus sinistrum. Nā ex quo in illo latere est cor tunc sanguis et alij humores grossi ad cor concurrunt ipsuz aggrauādo ita q̄ quandoq̄ ex tali aggrauatione appareret magnum pondus iacere super pectus q̄ laici propie vocant ephialtes vulgariter alij ideo

consulunt vt homo primo super latus dextrum deinde in sinistro dormiat aut quiescat. **Doza** liter per hunc morbum aut passionem significatur luxuria que est velut vetula ex carne corrupta procedens. et quasi totum mundum p̄mens et suffocans. nam premit tam religiosos q̄ sacerdotes seculares q̄ etiā laicos quasi vniuersos reges. principes ac barones. Juxta illud **Greg**. In serico et pannis libido eadem dominatur. nec regis purpuras nec meditantū spernit squalores. De hac muliere et vetula loquitur **Proverb**. vij. Multos vulneratos detecit. et fortissimi quinq̄ ab ea interfecti sunt. quicūq̄ enī non vult ab hac vetula. id est luxuria finaliter occidi et opprimi moueat linguam in confessione. quia dicit **Constantius** de naturis morborum docens qualiter predicta suffocatio pectoris curetur. Quidam inquit in nocte dum dormiunt quandam suffocationem atq̄ grauedinē pectoris patiuntur quibus quidez talis sui cordis suffocatio vitaz extingueret nisi ipsi in somnis linguam mouerēt aut aliquem sibi loquentem audirent. Et ratio motionis est quia quidā lacerti arterie quoq̄ subtiles tenduntur de regione lingue per **Isthagum** versus pectoris regione qui utiq̄ lacerti et arterie motu lingue laxantur quibus laxatis mox patebit igressus virtutis et caloris naturalis. et tunc per consuetudinem talis suffocatio cordis pellitur et fugatur. et hoc est q̄ dicunt laici q̄ cum lingua crux est fienda vt sic ephialtes propellatur. Sed moraliter in hoc significatur q̄ ad fugandam luxuriā p̄mentē duo sunt faciēda. p̄mū vt in p̄fessione lingua moueatur. q̄ nisi q̄s i p̄fessione p̄cti luxurie recorderet nequaq̄ remitteret. Scdm̄ est vt aliquis loquēs sibi bonū et vtile audiat. Et q̄s est ille qui loquitur luxuriosis bonū et vtile. hic ē certe b̄tus **Paulus**. i. **Cor**. vij. Qui dicit eis vtilisimū qd̄ pōt haberi. fugite inquit fornicationē. sup̄ quo dicit **Amb**. Cū alijs nēpe vitij pōt expectare cōflictū hāc fugite ne approximētis. q̄ nō pōt aliter melius vinci. Et b̄tus **Hiero**. rete inquit diaboli luxuria est. Si q̄s b̄mōi capite nō cito soluitur. In isto tam graui et periculoso p̄lio nemo pōt vicerē nisi fugiat. Et metrista. Si vitare velis venerē loca tempa vita. Nam locū et tempus pabula prebent ei. Prosequitur si tu sequeris fugiendo fugat. Si cedis cedit si fugis ipsa fugit. Ergo fuge tactum ne res cedit i actum. ideo legitur **Gen**. xxxix. de **Ioseph** ad quem cum dixisset domina sua vxor. **Putifaris** principis dormi mecum. et tenuisset eius pallium. Ipse in manu eius relicto pallio fugit. et egressus est foras. hoc ergo si quis luxuriosus de fuga audierit ab hac turpi vetula videlicet

Dñica infra octa. ascēſio.

carne corrupta opprimi et extingui non valebit
Est autem fugienda ut ignis conflagratio. ver-
nium intoxicatio. et fluminum inundatio. de hoc
vide supra dominica quarta p^o pasce. **J. l. 4.**
Tertia passio que euenit in somno est litargia
et est morbus inducens obliuionem propter op-
pressionem cerebri ex continuo somno facto. et
dicitur alio modo litargus. de quo loquebat
philosophia de bo. li. j. de cōſola. proſa. ij. litar-
gum patitur communem illuſarum mentiū mor-
bum. per hunc morbum moraliter ſignificatur
auaricia que inducit obliuionem dei et ſui ipſi et
pauperis. Nam auar^o non recordat dei. Quia
dicit glo. ſup. lxij. pſ. Deus deus me^o ad te de
luce vigilo. Ad dominū vigilat qui vere dei me-
mor eſt. ad dominū dormit qui deum obliuiſci-
tur. Item ſui ipſius obliuiſcitur. quia nō curat
de ſalute ſua. ſed ſolum ut pecuniā in detrimen-
tum anime ſue per ſas et nephas poſſit pgrega-
re. nec recordatur paupis ſicut ille diues. **Luc.**
xvj. Qui^o cor induratum fuit quaſi lapis **Job**
xlj. et j. **Reg. xxv.** Et idem **Nabal** ſulto hoc dī
ideo dicitur de auaris. **Amos. vi.** Bibentes in
vialis et optimo vngento delibuti. nec compa-
tiebatur ſuper conteritione ioseph. ideo qui vo-
luerit has tres infirmitates euitare. debet ſm
exhortationem apli vigilare cū dicit vigilate.

De eadem dñica Sermo tertius.

Hospitales in
uicem ſine murmuratione. **j. Pet.**
iiij. **Id. ii. xij.** dicit. q^o miluus eſt
Ianſ pia erga aues aliene ſpei. **Naz** cuculos
in ſpatulis ſuis ſuſcipit et ne deficiāt in via pro-
pter longa itineris ſpatia a partibus hispanie
ſecum ducit. Moraliter hec auis docet nos ut
peregrinis et alijs paupibus pietatem exhibea-
mus et eos nobiſcum in hōſpitia noſtra induca-
mus. **Juxta illud Eſa. lviij.** Frange eſuriēti pa-
nem tuum et egenos vagosq^o induc in domum
tuam. quaſi diceret. Si milui auiſus illis hoc
faciunt que ſecum eiſdem ſpei ei non ſunt. q^o
to magis debet facere homini hoc homo et chri-
ſtianus chriſtiano ut videlicet hominem chriſti-
anum portet ſecum de hispania exemplo milui
hispania interpretatur vno modo actio et ſigni-
ficat opus bonum peregrinationis. quod cum
peregrinus vno die exegerit hōſpitio indiget.
Quia dicit **Sen.** in epiſtola ad **Lucillum.** Per-
egrini multa habent hōſpitia et nullas amicitias.
ideo debent boni chriſtiani tales in domib^o
ſuis recipere. et propter deum hōſpitare. ad qd
hortat nos bñs **Sreg^o**. in omel. euangelij. qd

legitur ſecunda die paſce. **Pſate** fratres q^ota
hōſpitalitatis virtus ſit ad mēſas veſtras chri-
ſtum ſuſcipite ut vos ab eo ſuſcipi ad conuiuia
eterna valeatis. **Prebete** domū peregrino chri-
ſto ut vos in iudicio nō quaſi peregrinos ſuſci-
piat. ſed ut proprios ad regnum recipiat. Qd
aut chriſtus in peregrino ſuſcipitur. probat idem
Sreg^o in omel. p̄dicta. q^o quidam pater famili-
as multum fuit hōſpitalis. cū aut quadam die
cum peregrinos ſuſcepſet et aquam dediſſet ma-
nibus eorum ex humilitate vnus fuit inter eos
in cui^o manu ex humilitate aquam fundere vo-
luit. et cum reuerſus vtrumq^o accepiſſet non eum
inuenit. **Quq^o** hoc factum apud ſe miraretur
eadem nocte dominus ei per viſionem dixit ce-
teris diebus me etiam in membris meis recepi-
ſti. heſterno autem die meipſum ſuſcepſiſti. **Alio**
modo hispania interpretatur expeditio et ſigni-
ficat quālibet licitam legationem que iniungit
nuncijs quam cu^o vna die expedierint in hōſpi-
tijs a bonis chriſtianiſ recipiendi ſunt. ut chri-
ſtus qui fuit nuncijs ſummi patris quē miſit in
mundū. **Job. xvi.** **Eos** i hōſpitio celeſti recipe
digne. ideo ad talem hōſpitalitatem hortatur
bñs **Petrus** in vbiſ p̄ſumptis. cum dīc. Ho-
ſpitales inuicē. i quibus duo facit. p̄mo mouet
ad hōſpitationem. ibi. hōſpitales. ſcdo inibet
murmurationē. ibi. ſine murmuratiōe. **De qd^o** **R**
notandum q^o inter omnia miſericordie et pieta-
tis opera magis gratum eſt deo et placitū op^o
hōſpitalitatis. quia per hanc quidā placuerūt
angelis hōſpitio receptis. **Ad heb. xij.** vnde
q^o hōſpitalitas grata ſit deo quattuor debet ha-
bere conditiones. **Primo** q^o debet habere hila-
ritatem ſine murmuratione nā miles hilarē ſe
oſtenderet ſi rex ad ſuum manerium reclinarēt
Rex noſter chriſtus hōſpitio recipitur quoties
qualiſcunq^o in nomine eiſ recolligitur. **Juxta**
illud **Matth. x.** q^o dixit dñs diſcipulis. Qui re-
cipit vos me recipit. **Eiſdem. xviij.** **Statuit**
chriſt^o paruulum in medio diſcipulorū et dixit.
Qui ſuſcipit vnum paruulum talem in nomine
meo me ſuſcepit. **Et Job. xij.** **Amen amen** dico
vobis qui accipit ſi quē miſero me accipit. qui
autem me accipit. accipit et eum qui me miſit.
Ecce o hōſpitalis q^o magnos accipis hōſpites
vici^o chriſtū et patrē cu^o in noīe chriſti hōſpitas
pauperem gaude ergo et letare et cu^o hilaritate
vtere hōſpitalitate. **Nā** chriſtus i nouiſſimo iu-
dicio dicit oib^o hōſpitalib^o. **Matth. xxv.** Ho-
ſpes eram et collegiſtis me. et quomodo eiſ de-
negabit manſionem in celis. qui dederunt ei
habitationem in terris. **Unde** dicit eiſ. Veni-
te benedicti patris mei percipite regnum quod
vobis paratum eſt ab origine mundi. **Ad tam**